



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

REGVLA LXI.

1 Legatum annuum, an mortuo legatario transmittatur ad hæredes suos. ut puta relinquo staria decem furmenti omni anno sempronio: an eo defuncto hæredes sempronii possint petere d. annuum legatum ab hæredibus testatoris. Bar. in l. generali. §. hæredis. ff. de usuf. lega. Rom. a sing. 71. ad finem. tenet q̄ non in legato annuo, nisi per annis præteritis & decursis ante mortem legatarii. Ita est in l. in singulos. ff. de annu. legat. secus in usufructu.

1 Fallit 1. secundum Rom. in annuo legato factio super prædio, seu fundo testatoris de stariis decem furmenti relicto Titio. quia tunc porrigitur ad hæredes, per textum in l. generali. §. hæredis. ff. de usuf. legat.

2 Fallit etiam quãdo relinquitur sempronio staria 20. furmenti usque ad tempus 25. annorum, quod intelligitur non de ætate annorum 25. legatarii sed de annis 25. post mortem testatoris. Ita Ias. in l. si cui legetur. §. hoc autem nu. 3. ff. de leg. 1.

REGVLA LXII.

1 Legatum factum Titio q. sempronii cum duo sint tñi in ciuitate. quæro cui eorum debeat. Tu tene q̄ referendum est ad eum Titium, ad quem testator maiorem censetur habuisse affectionem, & amicitiam. Ita Rom. consi. 408 nu. 8. & Bal. in l. uoluntatis. C. de fideicom. nu. 11. facit in argumento. tex. in l. si quis. Ita §. si quis cum ignoraret. ff. de testa. tut. ubi decisum est, dationem auctoris testamento a patre filiis generaliter factam ad eos solos extendi. quos pater se habere sciebat; non autem ad eos quos ignorabat, quia de illis sensisse nõ censetur, quia sibi incognitos nulla prosequatur dilectione.

Et in his terminis secutus fuit casus, in hac felicissima ciuitate ad curiam proprii. Inter illos de cha Bembo, uidelicet d. David Bembo. q. Io. Matth. & d. David Bembo q. S. Aloy. qui casus deductus in excellentissimo consi. de 40. Cucerri

C. ueteri, sententia lata ad fauorem d. David q. S. Aloy. Bembo laudata remansit usque sub die 16. Octob. 1562. de suffrag. 22. quæ sententia lata fuit de iure. secundum tex. in liqui habebat. ff. de reb. dub. & Bal. in l. uoluntatis, in lect. antiqua. C. de fideicom. nu. 11.

REGULA LXIII.

1 Legatum factum per testatorem liberis, seu filiis suis, si comprehendat filios natos post mortem testatoris, tu tunc, q non. secundum Roma. consi. 231. nu. 1. 2. & 3. rationibus & iuribus, per eum adductis, & præsertim, quia non natos nulla cadit affectio. l. cum uir uxore. ff. de condit. & demonst. & ibi Soc ubi dicit, q conditio liberorum prolata a testatore in testamento intelligitur de liberis proferentis, & sic uerba quantuncunque generalia restringuntur, ex uerisimili mente testantis. Ita Soci, in l. nu. 2. nam si maritus haberet filios cum duabus mulieribus. utique legatum factum uxori in tempus liberorum intelligeretur de liberis susceptis ex se, & non ab uxore et alio matrimonio.

Fallit hæc regula nisi testator in testamento apponeret conditionem omnibus, quia tunc ex uerisimili mente testantis credibile, est uelle omnes beneficiare, propter conditionem omnibus, ut doct. in l. i. ff. de leg. i. & indefinita equipolet uniuersali. ut Bar. in l. pluribus. ff. de l. 2. & Soc. in l. nominatim nu. 2. ff. de lib. & posthu.

REGULA LXIIII.

1 Legatum factum uxori per testatorem, donec ipsa steterit in domo cum filiis. An legatum per mortem filiorum sit & intelligatur esse extinctum. Tu conclude q sic & q uxor legatum petere nullo modo possit. per tex. in l. legatum. C. de condit. insert. Deci consi. 620. casus nu. 1. ratio quia conditio Morandi cum aliquo intelligitur eo uiuo, sed post eius mortem testator non censetur uoluisse conditionem apponere. Ideo dispositio remanet pura

